



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Ivre Ac Potestate Romanorum Pontificum,  
Imperatorum, Regum ac Episcoporum**

**Alvarez Guerrero, Alfonso**

**Coloniae Agrippinae, 1586**

**VD16 A 2069**

De potestate & officio Episcopi. c. xxx.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63477)

Romana; vt in c. fin. §. fin. iij. distinct. vbi litera dicit: Illi qui sacris nesciunt obedire canonibus, penitus officio iubeantur carere suscepto: & hoc si credat fieri potuisse: secus si non credat; quia punitur vt hæreticus, c. nulli fas, xix. distinct. glo. in c. generali, de elect. in vj. Itaque Episcopus non debet canones violare, quorum obseruantia ei incumbit, ita Cardin. in Clemen. j. de æta. & quali. Et purgatio Episcopi requirit xij. testes, c. omnibus, ij. q. v. † Et an sine causa Episcopus possit priuari per Papam, vide Feli. in c. quæ in ecclesiis, de constitutio. † Et an Concilium provinciale possit deponere Episcopum, aut pronunciare deponendum, vide Feli. in c. j. de iudi. Et congregatur de mandato Papæ, vel Patriarchæ, vel Metropolitan. Cardin. in Clemen. j. §. quod & interdictis, de sent. excommu. Sed non proceditur ad inquisitionem contra prælatum, nisi quando inualefcit clamor, qui sine scandalo tolerari non potest, vt in c. qualiter, il. ij. de accusatio. vers. verum. Et de negligentia prælati vid. Host. & doct. in c. j. de offi. cust. qui rex. loquitur de eo, qui monitus non se corrigit, quia si monitus non se corrigit, & negligentia est valde perniciofa, est remouendus: vt in d. c. j. de offi. custod. Et de degradatione à dignitate doctorum, & militum, & clericorum, vide Barto. in l. ij. §. exercitum. ff. de infamibus. & vide doct. in l. iudices, de dignita. libro xij. vide Abba. & Feli. in c. cum sit, de simonia.

## DE POTESTATE ET OFFICIO

Episcopi. Cap. XXX.

## S V M M A R I V M.

- 1 Non potest Episcopus in diocesi præfente legato de latere crucem præ se ferre.
- 2 Quibus ex causis Episcopus irregularis fiat, remissum.
- 3 An possit Episcopus cum clerico alium clericum perueniente dispensare.
- 4 In puniendis delictis enormibus Episcopus sollicitus esse debet.
- 5 Sine capituli consilio non potest Episcopus clericos suos corrigere.



- 6 Capituli consensus in quibus casibus requiratur, remissus.
- 7 Qua, vel qualia requirantur, & quibus modis praelatus clericum suum capere potest, remissus.
- 8 Sententia executio pertinet ad Episcopum, in cuius diocesi beneficium habet.
- 9 Exilij pena per ius canonicum approbata est.
- 10 Delegare potest Episcopus, quod habet, quod sit meri imperator.
- 11 Ab Archiepiscopo puniri potest Episcopus, non autem deponi.
- 12 Episcopus non potest esse minor annorum triginta.
- 13 Nihil laboriosius, atque difficilius Episcopi, presbyteri, aut diaconi officio.

**S** Ed praesente Legato de latere in diocesi non potest Episcopus crucem praese ferre, quam ferre alias potest ex dignitate episcopatus, antiqua, de privilegio. Et ludere non potest, athen. interdicimus, de episc. & cler. xxxv. distinct. c. episcopus, & c. clerici, de vi. & honest. cler. † Et ex quibus causis episcopus fiat irregularis, vide Spec. in tit. de dispensa. §. iij. Et episcoporum debet alter alterum honorare scilicet maiorem, & digniorem, l. nemo. C. de obsequio. magistra. Hostien. in summa, post principium, c. si forte, de electio. in vj. Et episcopus Cardinali praeferrari debet, sed non servatur, c. quanquam, ij. quest. vij. Et non potest negotiari, vel mercari, c. fin. de vi. & honest. cler. Et potest sibi eligere sepulturam, etiam extra suam ecclesiam cathedrali, Abb. in c. ad Apostolicam, de donatio. Et episcoporum cessio, translatio, & depositio sunt de reservatis sedi Apostolicae, c. inter corporalia, de translat. episc. Et episcopus cum capitulo dicitur explicare negotia ecclesiae, nec vius sine alio, c. cum non liceat, de praescript. Sed potest compellere canonicos ad subdiaconatum, ut in c. extirpanda. §. qui vero, per Panor. Et episcopi in Concilio sunt tanquam universitas, & non ut singuli, ita Panor. in c. fin. de re iudi.

† Et an episcopus possit dispensare cum clerico percussente alium clericum, vide Panor. in c. j. qui cler. vel vocat. Et an possit liberè vicarium removere, doct. in c. edoceri,



geri de rescrip. Et potest Episcopus electus, & confirmatus, (vt dixi) exercere ea, quæ sunt iurisdictionis, non autem ea, quæ sunt ordinis Episcopalis ante consecrationem, docto. in c. transmissam, de elect. & ibi dicunt, an possit Episcopus exercere suam plenariam iurisdictionem, si non acceperit possessionem Episcopatus. Et iurat Episcopus non alienare res ecclesiæ Romano Pontifice inconsulto, docto. in c. tua nos, de eccle. ad. si. Et potest compellere Episcopus aliquos ex suis canonicis ad sibi associandum, docto. in c. ad audientiam, de cle. non resid. † Sed Episcopus debet esse sollicitus in puniendis delictis enormibus, vt in Clemen. j. & ibi. Cardin. de offi. ordina. Et dicit ibi text. Episcopi ita debent corrigere clericorum excessus, quod metu ipsi poenæ arceantur, & alij pertimescāt: quia eorum officium est corrigere. Ideo etiam debet Episcopus punire clericos forenses delinquentes in diocesi, vt per Cardin. in d. Clemen. j. Et negligens in puniendis criminibus videtur promittere impunitatem, vt in Clemen. j. de celebra. Mis. & Cardina. ibi de mente Hostien. dicit, quod in ministris ecclesiasticis reprobatur negligentia, & quod quilibet negligentia est sufficiens ad remouendum prælatum ab administratione: & hoc potest tolerari in his, quæ specificè committuntur sibi: quia talis negligentia in eo est mortale peccatum, & sic loquitur tex. in c. j. de offi. custo. Sed tu intellige, si monitus non se corrigit: vnde propter negligentiam nunquā remouetur prælatus, nisi sit valdè perniciosa ecclesiæ, & monitus non se corrigit. Nam etiam ad inquisitionem non proceditur contra prælatū, nisi quando inualescit clamor, qui sine scandalo tolerari non potest, vt in cap. qualiter, & quando, il. ij. de accusa. vers. verum. † Sed notabis, quod Episcopus non potest corrigere clericos suos sine consilio capituli, c. nouit, de his, quæ fiunt à præla. c. j. de excess. præla. nisi consuetudo sit in contrarium, vt in c. non est, de consuetud. in vj. & in c. irrefragabili, de offi. ordina. Præsupponitur pro intellectu, d. c. non est, quod licet Episcopus solus habeat iurisdictionem in suos subditos, & canonici non habeant iurisdictionem, illam tamen iurisdictionē habet exercere Episcopus cum

COM.



consilio canonicorum, non dico cum consensu: quia Episcopus non tenetur sequi eorum consilium, nisi velit. Idem de collatione beneficiorum, ut in c. nouit, & c. quanto, de his, quæ sunt præla. sine consen. cap. sed tex. in d. c. non est, dicit: Valer consuetudo præscripta, quod Episcopus in inquirendo, puniendo, & corrigendo subditorum excessus sui capituli consilium requirere non tenetur, etiam in arduis, ut per Ioannem And. & Domin. in d. cap. non est. & tenet Ioan. And. in glo. in c. degradatio, de poen. in vj. in quantum dicit, quod de consuetudine potest Episcopus sine capituli sui præsentia procedere ad clerici degradationem; quæ quidem degradatio dicitur de arduis negotijs. tenet etiam istam opinionem additio not. Ioannis Monachi contra Ioannem Monachum in d. c. non est. Itaque tene menti. d. cap. non est, & ad hoc allegatur, quod abstractus in aliquo actu ad acquirendum consilium alterius, poterit consuetudine, vel præscriptione sibi quærere, ut illud requirere minime teneatur: & de hoc vide Panor. & docto. in c. irrefragabili, de offi. ordi. & vide tex. in c. nouit, eod. titu. ubi dicitur: Prælati non debet sine consilio capituli neque instituere, neque alia negotia ecclesiæ tractare, sed poterit Episcopus consuetudine, vel præscriptione sibi quærere, ut dixi. Sed in notorijs non est necesse requirere consilium capituli, ut notatur per Panor. in d. c. irrefragabili, & in c. quanto, de offi. or. dicitur: Episcopus non potest corrigere subditum sine consensu capituli, sed valet consuetudo in contrarium. Et canonici dicuntur fratres Episcopi, sicut Cardinales Papæ, ut in c. j. de offi. lega. in vj. Ipsi tamen debent eum honorare, & appellare patrem. de hoc est bonus text. in c. graue, de excels. prælat. ubi reprehenditur Archidiaconus, qui negauit Episcopum esse dominum suum. & dic de hoc, ut ibi notatur. Et quando prælati possit exercere negotia contra voluntatem capituli, vide Panor. in c. nouit, ubi multa utilia inuenies. Sed canonici non existentes in sacris non habent vocem in capitulo, & Episcopus potest compellere canonicos ad subdiaconatum. Panor. in c. extirpanda. s. qui vero, de præben. & dign. & ibi dicit in principio, quod cle.



clerici de iure diuino debent esse literati, & quod ad tenuitatem beneficiorum sequitur quasi necessario promotio, & assumptio imperitorum, & ita non datur facultas clericis vacandi studio: nam per studium prouideretur toti ecclesie vniuersali. † Et consensus capituli in quibus casibus requiratur siue tacite, siue expresse, vide Panor. in c. j. eod. tit. de his, quæ sunt à prælato, sine consen. capi. Et Episcopus non fit irregularis, si clericus moriatur in carcere. Bald. in l. i. C. qui ad libertat. peruen. non potest. & in l. penul. ad leg. Aquil. nisi posuerit eum in loco arcto, in quo de facili potuit mori. Et quæ requirantur ad hoc, vt possit Episcopus capere, & carcerare clericum, vide Corne. in consl. ccxxv. in iij. par. & vide tex. in c. si clericos, de sentent. excommu. in vj. † vbi notantur, quæ, vel qualia requirantur. Et quibus modis prælatus clericum suum capere potest, vide tex. in c. vt famæ, de sent. excommu. & ibi docto. & in d. c. si clericos, notatur, quod clerici pro suis excessibus possunt capi, & detineri per iudicem laicum mandato Episcopi. Et potest capi clericus non solum pro delicto enormi, sed etiam pro leuiori, licet in modo relaxandi sit differentia: nam pro leuiori delicto dat cautione fideiussoriam de parendo iuri; nisi excessus enormitas, vel alia rationabilis causa fuaserit detinendum: & ibi tractatur, an clericus pro debito ciuili possit incarcerationi. Et quantum ad text. in d. c. si clericos, appellatione clericorum veniunt tam constituti in sacris, quam alij minorum ordinum. & vide de ista materia tex. sing. in c. cum Episcopus, de offi. ordin. in vj. vbi litera dicit: In quolibet loco diocesis potest Episcopus perse, & per alium pro tribunali sedere, & libere exequi, capere, ac carcerare, necnon cetera, quæ ad ipsius spectant officium, libere exercere. Et potest punire clericos alterius diocesis delinquentes in sua diocesi, vt est tex. in c. postulasti, de foro compet. & in c. vlt. eod. tit. & c. placuit, ij. quæst. iij. quia caput est sue ecclesie cathedralis, & ceteri tanquam membra faciunt vnum corpus, c. nouit, de his, quæ sunt à prælato, sine consen. capituli. † Sed exequutio sententie pertinet ad Episcopum, in cuius diocesi beneficium habeat, docto. in d. c. postulasti.

Et



Et quod episcopus sit caput, vide c. cū non liceat, de præscrip. Et matrimonium dicitur contraxisse cum sua parochiali ecclesia. Sed non potest episcopus proprijs manibus clericum cedere, cap. cum non liceat episcopo, lxxxvj. dist. sed potest per clericum, ibi videbis. & vide glos. in c. cum episcopus, de offi. ordin. in vj. Et si episcopus non habet clerum, vide glo. in d. c. non liceat, Episcopus etiā potest citare subditum suum repertum in curia Papæ. Abb. in cap. meminimus, de appellat. quod verum est etiam realiter faciendo eum capi, secundum Philippum, & Bald. ibi. quia sub iudice suo conveniri potest, licet ad curiam accesserit. quod tene menti, secundum Bald. ibi. Et potest ordinare clericum suum etiam in curia Papæ. Abbas antiquus in c. in omnibus, de appel. Bal. in marg. in ver. Episcopus. Et potest cognoscere de questione clericatus incidenti coram iudice seculari. Bald. in l. si qua per calumniam, de epis. & cler. & notatur in c. si iudex laicus, de sent. excomm. in vj. Sed debet charitative tractare subditos, ita Cardi. in Clemen. j. de excess. præla. & ibi examinat, si reus erat incarceratus ante appellationem, an remitti debeat ad iudicem; ad quem? Et exemptum in sua diocesi delinquentem Episcopus potest punire, cap. Romana, §. contrahentes, de foro compet. in vj. c. j. iij. q. vj. c. ad abolendam, de hæreti. c. tuarum, de privileg. c. privilegium, xj. quaest. iij. Et non potest creari Episcopus homicida, c. si quis viduam, l. distinct. Et debet omnes subditos subleuare, & fovere, c. clemens, viij. q. j. Et potest episcopus mittere suos clericos in exilium, ne veniant in eius diocesim. † Nam pœna exilij est approbata à iure canonico, ut in c. ad audientiam, de crimi. falsi. Et Episcopus loci ex suo mero officio potest excommunicare adulterum, & adulteram. docto. in c. intelleximus, de adulter. Et quare Episcopus dispensat in criminibus, & non super defectu, vide docto. in c. nimis, de fil. presbyt. & ibi Anton. Et Episcopus potest committere alteri ea, quæ sunt consecrationis, seu ordinais, docto. in cap. quod sedes, de offi. ordi. Et an Episcopus possit dispensare cum incestuoso, ut contrahat, vide docto. in c. veniens, de eo, qui cogno. consang. Et potest ex

offi.



officio procedere contra hereticos, docto. in c. literas, de  
 præsumpt. Solus Episcopus debet ferre anulum, inferior  
 res prælati non; nisi ex privilegio, docto. in c. fin. de trans-  
 lat. Episcopo. Et non potest Episcopus vendere suam iuris-  
 dictionem Episcopalem, in c. j. ne prælati vices suas. Sed  
 si Episcopus dat beneficium ecclesiasticum alicui hoc pa-  
 cto, vel intentione, vt exinde suis consanguineis proui-  
 deat, est manifesta simonia. sanctus Thom. in q. c. art. v. Et  
 si Episcopus dat beneficium consanguineo, est illicita, &  
 carnalis collatio, non tamen simoniaca. sanctus Tho. ibi.  
 & beneficium potest concedi pro obsequio honesto. i. si  
 obsequium est ad spiritualia ordinatum, puta ad ecclesiæ  
 utilitatem. Sed si est obsequium ad carnalia ordinatum,  
 puta quia seruiunt prælato ad utilitatem consanguineo-  
 rum, vel patrimonij sui, collatio est simoniaca. ibi sanctus  
 Tho. & videbis infra in titu. de simonia. Et Episcopus te-  
 netur sibi vicarium constituere, docto. in c. quoniam, de  
 offi. ordina. Sed circa hoc vide omnino Panor. quia bene  
 loquitur. Et Episcopus in iurisdictionem concurrat cum  
 omnibus prælatis inferioribus sue diocesis. Et est locus  
 præuentioni. & vide de hoc docto. in c. cum ab ecclesiarum,  
 de offi. ordi. Sed Episcopus potest ad se reuocare causas  
 vertentes coram eius vicario. ita docto. in c. vt nostram,  
 de appellat. Sed Episcopus nondum consecratus (vt dixi)  
 potest concedere indulgentias, docto. in c. suffraganeis, de  
 electio. Episcopus non potest deferere episcopatum, &  
 transire ad vitam solitariam, Anto. in c. nisi, de nunti. nec  
 potest transire ad religionem sine licentia Papæ, Cardin.  
 in cap. licet, de regulari. Et an episcopi possint dispensare  
 cum homicida voluntario in minoribus ordinibus, do-  
 cto. in c. Henricus, de cler. pugn. in duello. Et episcopus  
 acceptans aliam dignitatem non priuatur ipso facto. cap.  
 cum nostris, de concess. præben. Et episcopus originis, vel  
 beneficij potest promouere aliquem ad sacros ordines si-  
 ne licentia proprij episcopi, c. nullus episcopus, de paro-  
 chi. Et episcopus non potest in totū tollere votum, sed po-  
 test ipsum cōmutare, docto. in c. proposuit, de concess. præb.  
 An episcopus possit, & debeat examinare clericū per lite-



ras commendatitias presentatum, vide docto. in c. in Lā  
 10 teranensi, de præben. & vide in c. an secundum, eo. ti. † Et  
 Episcopus potest delegare, quod habet, quod firmeri im-  
 perij, docto. in c. aqua, de conse. eccle. vel alta. Et Episcopus  
 solus potest dare ordinem, sed non potest deponere, c. in-  
 ter corporalia, de transla. Epif. Et Episcopus an possit dis-  
 pensare in vno simplici, & in alio curato, vide Panor. in c.  
 de multa, de præben. & vide in c. extirpandæ. §. qui vero,  
 de præben. Sed Episcopatum diuisio est de iure positivo,  
 vide docto. in c. per venerabilem, qui fil. sint legit. Et po-  
 test dispensare super crimine adulterij à clerico commiso,  
 docto. in c. at si clerici, §. de adulterijs. Et in quibus  
 lijs possit dispensare, ibi vide. Et dicunt, quod Episcopus  
 electus, & confirmatus non potest procedere ad degrada-  
 tiones Episcopi, si commisit homicidium, vide in c. ex li-  
 teris, de excess. prælat. Et Episcopus potest ad libitum ve-  
 carium remouere, docto. in c. dilecti filij, de appella. Et  
 Episcopus non appellatur Episcopus ante consecrationem,  
 nec Archiepiscopus ante pallij receptionem, c. nisi specia-  
 lis, de autho. & vsu pallij. Et dispensat Episcopus circa om-  
 ne votum regulariter, in c. ex multa, de voto, & in c. cum  
 officijs, de testamen. Quicquid acquirant Episcopi ex co-  
 rum industria, acquirunt sibi, non ecclesijs. † Sed Episco-  
 11 pus potest puniri ab Archiepiscopo, non autem deponi,  
 docto. in c. inter corporalia, de transla. prælat. Et Episco-  
 pus potest dispensare, quod clericus absens causa studij la-  
 cretur fructus, etiam de beneficio curato, etiam quod non  
 sit promotus. Panor. in c. tuæ, de cleri. non resid. Quomodo  
 Episcopus debeat cognoscere de crimine, quod non  
 constat nisi ipsi episcopo. Panor. in c. conquerente, de re-  
 stitut. spoliat. Et potest testari de rebus patrimonialibus,  
 non de rebus quæsitis intuitu ecclesiæ, c. j. de testamen. ibi  
 docto. Et episcopi non seruantes sacros canones, an inci-  
 dant in periurium, docto. in c. ego, de iureiuran. Et ibi di-  
 citur, quod episcopi tenentur vltare limina Apostolorum  
 12 singulis annis. † Episcopus non potest esse minor xxx. an-  
 norum, c. super inordinata, de præbend. & vide in c. cum  
 in cunctis, de electio. Episcopatus in quo casu possit diui-  
 di per



di per Papam, vel parochia per Episcopum, vide Panor. in c. ad audientiam, de eccle. adif. Et nemo debet petere episcopatum ratione ambitionis vitandæ, Abb. in c. per nostras, de iure patron. Epistola non debet cantari, nisi per subdiaconum, de vit. & honesta, cler. c. quisque. Et consecrandi potestatem sacerdotibus suæ ecclesiæ Christus donauit, quibus in Apostolis ait: Hoc facite in meam commemorationem, Luc. xxij. presbyteris namque solum datum est tam admirabile sacramentum conficere, vt in cap. perlectis, xxv. distinct. & sacerdos dictus est, quia consecrat, & sanctificat, c. cler. c. xxj. distinct. & potestas spiritualis clauum tam bonis sacerdotibus, quam malis communis est, ita Cardin. de Turre cremata, in j. lib. c. xcix, & vide sanctum Thom. in iij. distinct. xix. & vide in iij. contra gentiles. & ostenditur ex eo, quod Dominus ait, Matthæi xxij. Super cathedram Moysis sederunt scribæ, & Pharisei; quæ autem dicunt vobis, seruare, & facite; secundum autem opera eorum nolite facere. Ecce quod malis praelatis Christus iubet obediendum, quod non faceret, nisi in eis etiam malis existentibus potestas spiritualis maneret. Non ergo propter peccata ministrorum potestas spiritualis eis collata adimitur, aut minuitur in eis Archiepiscopus quam iurisdictionem habeat in subditos suffraganeorum suorum, vide Panor. in c. pastoralis, de off. ordi. & ibi de negligentia episcopi, de clerico negotiatore, & de clerico artifice, an debeant soluere collectas, vide Panor. in c. fin. de vi. & honest. cler. & ibi dicit, quod ad hoc, vt clericus perdat priuilegium etiam in negotiationem oportet, quod sit tertio monitus. Si prælatus conferre beneficium indigno, peccat mortaliter, quia infidelis est domino suo, i. Deo: quia hoc vergit in detrimentum ecclesiæ, quia melius est habere paucos bonos. Cardin. in Clem. j. de æta. & qualit. Sed notabis, quod Augusti. in e. <sup>13</sup> epistola ad Valerium dicit: Cogitet religiosa prudentia, nihil esse in hac vita, maxime hoc tempore, difficilius, laboriosius, periculosius Episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio, sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militer, quo Imperator noster iubet. Et Princeps potest obij-

cere



cere contra electum, quod est sibi suspectus in regimine  
 non enim tenetur admittere praelatum, de quo non possit  
 confidere; ne forte reuelet aduersario secreta regni, Pa-  
 nor. in c. & si vnanimiter, de postula. praelat. Inno. in c. lo-  
 per his, de accusatio. Panor. in c. quod sicut, de elect. la-  
 no. in c. pastoralis, de priuilegijs. & vide supra in c. xxi  
 ad finem. Et olim Episcopi erant pauperes, vt in c. de his  
 q. j. & ibi videbis de hoc glo. magistralem.

AN PAPA POSSIT CONSTITVE  
*re Episcopos in terris infidelium, vbi per idololatriam  
 blasphematur Deus, vt in presentia sit ad pra-  
 sentationem Catholici Regis nostri.*

Cap. XXXI.

SVM MARI VM.

- 1 Papa an possit Episcopatum in terris infidelium constitueri.
- 2 Hispania Rex Monarcha est in regno suo, & ex concessione  
 gratia summi sacri Romani Pontificis infideles nomi-  
 nare potest, ne contra legem naturae vivant, sed iuxta  
 Hispanicam legem.
- 3 Infideles aliam legem licitam non habent, praeter legem natu-  
 raem.
- 4 Vbiq; & in toto mundo Christi nomen laudatum fuit.
- 5 Infideles noui orbis Hispaniarum Regi obedire tenentur.
- 6 In temporalibus Imperator est Christi vicarius.
- 7 Ante Christi aduentum iura Imperialia, & Pontificalia erant  
 indistincta.
- 8 Christi regnum erat spirituale.
- 9 Qui Christianus non est, temporalem iurisdictionem exercere  
 non potest.
- 10 Cyrus ex Dei ordinatione in regnum eleuatus est, ad destru-  
 tionem Chaldaeorum, & Iudeorum liberationem.
- 11 Filij paruuli Saracenorum an ipsis à Rege auferri possunt,  
 sanctum recipiant baptisma.
- 12 Principes Deum imitare debent.
- 13 Post Christi aduentum apud infideles non est honor, neque di-  
 gnitas, neque potestas.

et Om.